

De
 Ecclesia Parochiali S^e marie sub titulo
 Assumptionis
 loci Gorle majoris.

De
 Sanctissima Eucharistia.

Plures particule consecrate à fragmentis purgatis,
 quas singulis diebus Dominicis vénitis Parochus cu-
 rat renovari, in pyxide argentea cum cuppa intus
 inaurata, velo serico rubri coloris cooperta, assidue
 in hac Ecclesia Paroli asservantur. Tabernaculum
 ex marmore constat; id intrinsecus populeis tabulis
 circumamicitur ad arcendam humiditatem, que ex
 marmore existit, tum serico panno rubri coloris
 introvestitur, iterumque ejusdem planum mundo
 sternitur corporali. In valvula ostioli ab exteriori
 parte Qua Domini representatur. ad eam oclu-
 dendam argentea clavis, ex qua serius flosculus ru-
 bri coloris pendet, solet adhiberi.

De
 Sacris Reliquijs.

Sacra Reliquia, que in hac Ecclesia asservantur, sic

describuntur.

Particula ex ligno Sme Crucis Domini nostri Iesu Christi inclusa in loculo argenteo gestatorio serpentij formam exhibente, recognita in Curia Arpalii anno 1718. die 11. Julij, ut liquet ex authenticis documentis.

Particula ex velo Sme Virginis asseverata in theca argentea recognita in Curia Arpalii die 8. Augusti anno 1735, ut ex litteris in Cancellaria expeditis.

Particula ex pallio S. Joseph recondita intus argenteam thecam recognita in Curia Arpalii die 20. Februario anno 1739.

Particula ex ossibus S. Caroli, Senatoris, Lazar, et liborij Pontif. intus quatuor thecas crystallinis pluribus angulis in formam oblongam elaboratas, recognitæ in Curia Arpalii, ut ex authenticis documentis liquet.

In duobus Reliquariis ligneis argento linitis reliquiæ Storum Lucij, Gotheriq, Salvini, Felicianq. Item S. Florentij, Ermetij, Lucij, Faustine, Leopardo, Artemiq.

In sex capulis ligneis laminis argenteis ornatis reliquiæ S. Mutij, Gotherie, Pontiani, Vitalij, Leopardo, Faustine, Pellegrini, Vincentij, Abundij, Theodori, Magni. Item S. Pontiani, Cesarij, Pellegrini, Mutij, Salvini, Cirilli. Omnes, et singulæ recognitæ in

Curia Arpalii Mediolani, ut patet ex authenticis documentis in actu Visitationis exhibiti.

Et ergo altaris in pariete extructum fuit Armarium, ac tabulis picturatis introvestitum cum valvulis pessulo, sera, et clave munitis ad predictarum pignora asservanda.

De
Capella Baptisterij,
et
Fonte.

In hanc Capellam ad Aquilonem extructam, lignisque cancellis cum valvulis munitam per unicus gradum a' piano Ecclesie ascendimus. Solum opere testaceo, tectum inferius cementitio constat. Nec enim excipit e' fenestra, que una est, et ad normam munita. Fons aquæ baptismalis ex solido marmore forme octangularis constat, firmiterque columelle innixus in medio descriptæ Capelle collocatur. Fontis operculum e' cypro est desubtus stannato. Aqua in Sabbato Sancto quotannis renovatur. Ciborium octangulare est, et pyramidalem in modum desinit; intrinsecus, et extrinsecus tela albi coloris obtegitur. Eius valvule ita adaperiuntur, ut Baptizantis sacerdotis facies Aquilonem spectet.

53.

In pariete laterali hujis Capelle ad dexteram in-
gradientis extrectum est Sacrarium, cuius fundus opere
testaceo stratus canaliculos habet, atque in medio fo-
ramen formæ rotundæ, quod pilâ marmoreâ obstrui
solet.

De

Sacris Oleis.

Chrism; Cathec; et Infirm:

Ad sacra predicta olea asservanda vascula ex argen-
to adhibentur. Vascula in coyla ex materia
solida cum operculo tota corio exterius, interius
serico prescripti coloris pro diversa Olei ratione
includuntur. Sacrum autem oleum Infirmorum
intrâ fenestellam in pariete Capelle Majoris ad
normam prificatam; Olea verò Chrism; et Cathec.
intrâ Armarium in pariete laterali Capelle Bap-
tisterij extrectum custodiuntur.

De

Capella Majori;

et
Altari.

In Capellam maiorem tres gradus e marmore ex-
ovi à plano Ecclesie ascensum præbent. Gius longitudo

est cubitorum II. unciarum sexdecim; latitudo undecim, et eo amplius; altitudo quindecim. Pavimentum sternitur lateribus; cimentitia concameratio non inelegantis structure, desuper impendet; Cancelli marmorei columelle, opere frontem sepiunt cum valvulis ferreis.

A piano Capelle, per duos gradus marmoreos, nec non per ligneam gradellam gradum facimus ad altare. Si a pariete posteriori Capelle distat cubitis duobus, et uncij sexdecim circiter. Stipes partim lapidibus, partim duro marmore constructus fuit. Tabernaculum è marmore constare supra diximus. Crux, et candelabra supra duobus gradibus marmoreis item solent collocari.

E regione Altaris pendet, et assidue collucet lampas, oleo olivarum nutrita.

Inter Chorum, et Populum supra epistylum adoranda proponitur Crux, et Christi Nisi in ea affixa imago velo rubro circumornata.

De
Alijs Capellis,

et
Altaribus.

Tres Capelle minores enumerantur in hac Ecclesia

parochiali; earum una sub invocatione, et titulo B.V. marie existens quadranguli formam exhibet; late patet cubitis octo, longè novem, uncisi octo; altè cubitis duodecim. Sub fornice est opere plastico, et sacris picturis exornato. Pavimentum habet testaceum; cancellos marmoreos; parietes, uti etiam fornix hujus Capelle rimas agunt. Super Altari intra loculamentum à parte anteriori vitry pellucidi obductum, colitur sacra effigies B. Virginis marie è ligno affabri ducta.

Altera Capella celeberrimo Christi Confessori Divo Antonio Patavino dicata assurgit ad altitudinem cubitorum item duodecim, latè panditur octo, longè excurrit cubitis quinque, et uncisi octo. Super Altari intra loculamentum asservatur humen iconi Divi Antonij; Item inibi in capsula quiescant ossa Divi Magni; in alia vero Capsula ossa Divi Theodosii.

Tertia Capella minor ad nomen, et memoriam S. Margarite Virginis fuit edificata; ejusdem longitudo, latitudo, et altitudo ea est, ac supra descripta Capella Sti Antonij. Pavimentum habet ejusdem materie, fornicem ejusdem formæ ac Capella B. Virginis. Item pares habet cancellos cum similibus ferreis valvulis. Super Altari colitur

imago St^g Margarit^z, expressa in tabula non ineleganti penicillo; tabulam ipsam corona auro illata, iterumque alia corona ex opere plastico circumdedit, et ornavit.

Altaria intra descriptas Capellas ad normam instructionum Fabric^z ecclesiastic^z hujus St^g Mediolanensis Ecclesie extracta, et debito sacre Supellectilij apparatu exornata reperta sunt.

De
Sede Confessionali, Suggestu, Organo,
et
Capsulis Eleemosynarum.

Du^z Sedes Confessionales è tabulis nucis politè elaborat^z in hac Ecclesia fuerunt collocat^z. Iisdem nec lamine, ferre^z terebrat^z desunt, nec multitia, nec litera processus, nec tabella, nec pia, imagines.

Extra Capellam maiorem à latere Epistolarium loco conspicuo ex tabulis sectilibus affabré confectu^r Suggestus quadanguli aspectus parieti adhaeret;

Extra, et propè Capellam maiorem ab Evangeliorum latere supra Odorum non infabré elaboratum resonant Organa, sine quibus Symbolum totum à Choro canitur.

Ad eleemosynas colligendas du^z capule exponuntur; singule duplice muniuntur clave diversi operij

fabrilis; clavium una penes Ventrem Parochium, altera
penes Thesaurarium asservatur. Eleemosyne in usum,
et ornatum Ecclesie inservuntur.

De
Ipsa Ecclesia.

In loco aliquanto ceteris adjacentibus editiori, et
longius ab omni strepitu quidicata hęc Ecclesia
Parochialis ad nomen, et honorem B. V. Marie
sub titulo Assumptionis; ejus erectionis annus
ignoratur; consecratione caret; unica nave constat,
cujus longitudine est cubitorum duorum supra tri-
ginta, et unciarum sexdecim; latitudo est cubit.
unciarum octo; altitudo cubitorum quindecim.
Per tres ianuas in fronte apertas ingressum ad-
mittit; earum primaria uti alijs lateralibus
latrior est, ita et ornatiōr. Tectum superius late-
ritium est, inferius lagūnari constat; pavimen-
tum item lateribus stratum. Parietes calce, et
albario decenter illiti sunt. Ingredientibus duo
vasa e marmore subministrant aquam lustra-
lem; coram unum hinc, illino alterum prope
ianuam maiorem, utrumque parieti inheret.
Septem fenestrae eo loci fuerunt ad portę, ut et
navis, et capella luculentor illustrentur. Sejulca

duo enumerantur; unum pro sacerdotibus, alterum pro
communitate; ea quidem duplii integrumento, sed
non utroque lapiteo, operiuntur; idque fortasse in
causa est, ut ea graviter fereant. Prope Capellam
majorem ad meridiem assurgit turris campanilis,
in cuius fastigio tres pendent campanæ non levis
ponderis; earum una horologij malleolo inservit
pro diversa horarum ratione significanda; exteriorū
ad Orientem, et Occidentem Ecclesiam circumdedit
Cimiterium, idque muro septum. In Cimiterio
adest locus ossarius Sacristię adhucens; sub fornice
est, atque ad altitudinem cubitorum fere septem
ascendit. Parietes quoquovetrum sacris picturis
renident.

De
Sacristia.

Ostium intra Ecclesiam, et extra cancellos Capel-
lae majoris ad meridiem adaptatum ingressum præ-
bet in Sacristiam, cuius longitudine cubitorum 13.,
unciarum octo, altitudo fere undecim, latitudo item
fere undecim. Eadem tegitur opere concamerato.
Solum arenata calce stratum. Parietes abbatio su-
perinducto collustrantur satis superque lucis exci-
pientes à duabus fenestris ad Orientem adaptatis.

Adest oratorium, quo sacerdos celebraturus se recipiat, affixis in pariete sacris imaginibus, et tabella orationum. Imago Iesu Christi Domini nostri loco conspicuo affixa; vas aquarium siliceum cum tubulo queo; armaria ad sacras vestes, calices, et alia id generij asservanda; Tabelle, littere minime desiderantur; excipe Codicem, in quo sacerdotes officijs interessentes manu propria se interfuisse, ac celebrantes tali die testentur; de hoc enim vide Secretum infra referendum. Sacra autem Supellex, sive ejus forma, sive pretium, sive numerus spectatur, instructionibus St^e mediolanensis Ecclesie omni ex parte consentit.

De
Legatis Pij.

Legatum missæ quotidianæ à nunc qm' Dno Francisco Bernardino de Cruce, ut ex Instrumento recepto per Annū Mauritium Finali publicum Notarium
de anno 1603. mense Augusti

Legatum quatuor missarum in singulis Hebdomadis comprehensa missa diuinæ festorum, institutum à Rdo Diamante de Cruce Parochio Gorla majoris, ut liquet ex Instrumento recepto per Annū Octavium Rusterlam anno 1630. die 23. Julij.

n